Aristipus phūs Cireneus Athenis claruit. Qui ut ait laertius ad dionisiū tyrānum in syracusam ꝓfectus est. Adeo aūt p̄stantissimi cordis extitit ut tpori loco ⁊ psone semp conuenire ⁊ se coaptare posset. Vnde quodam tpore dionisio in eum sputāte patiētissime ptulit. ⁊ condolenti amico dixit piscatores sustinent a mari madefieri ut uenentur cobiū. Ego aut̄ nō sustinebo vino limphato aspgi ut blemiū accipiā ! Est aut̄ cobiū piscicu lus paruus. Blemius uero grandis piscis est. Aiunt hunc q̄noq; iusisse perdicem quinquaginta dragmis emi. Culpante uero quodā ait. tu nec obolo eam emisses. Ingressus est q̄noq; Aristipus igorāter domū meretricis ⁊ uiso scorto confestim exiuit. Quodam uero pueroꝝ erubescente. qui cum eo erant ait Aristipus. Intrare illuc malum nō est : sed nequire exire.

Demostenes . orator athenis claruit. De eo ait ysidorus primo ethi. Cum philippus rex macedonum athenas obsedisset ⁊ ab atheniensibus postularet ut sibi decem oratores daretur. Et sic disceret ab obsidione. Demostenes in consilio atheniensiū hanc fabulam confixit. Lupi suaserunt aliq̄n pastoribus ut in amicicia conuenirent. Cum pastoribus placuisset petierūt lupi ut prima uice securitatis traderentur eis canes in quibus videbatur esse occasio iurgioꝝ. Anuerunt pastores. tunc lupi aderēti formidine omnē gregē nō solum pro satietate : sed etiā pro libidine lacerauerūt. Sic igitur philippus sublatis oratoribus i populo athenīēsi factur⁹ est. Quod

audientes athenienses demostenis cōsilio acquieuerunt. Et sic ciuitas a ꝑiculo liberata est. Item demostenes sto
macum laidis nobilissime meretricis iocando subpalpitans ⁊ queritans. hoc q̄ntum? illa diceret mille denarijs
Respondit. Ego penitere tanti nō emo.

y Pocras medicus insignis. Artaxersis regis tp̄ore claruit apud athenas. Hic uoluptates multū detestaba
tur. Vt ait Agelius. Fuit autē Ipocras parui corporis pulcre forme. grandis capitis. tardi motus. mute
cogitationis. tarde locutionis. ⁊ fuit modici cibi. Vixit aūt annos nonaginta quinqꝫ. Scripsit libros circiter. xx
vj. elegātes. De eo ysidorus. 4. ethi. ita scribit. Medicine artis autor ⁊ reptor apud grecos ꝑhibetur. Apollo
hanc filius eius. Esculapius laude ⁊ ope ampliauit sed postq̄ꝫ fulminis ictu interijt interdicta fertur medendi cu
ra ⁊ ars simul cum auctore deficit. latuitqꝫ per annos fere quingētos usqꝫ ad tempus Artaxerxis regis ꝑsaꝝ.
Tunc eam reuocauit in lucem curā rōnabiliter ꝑscrutatus infirmitatū ypocras a sclepio patre genitus. Ip̄e enim
discussis etatum. regionū ⁊ egritudinū qualitatibus. causas rōnabiliter ꝑscrutatus est infirmitatum.

Vripides poeta adeo Archelao regi ꝑsaꝝ carus extitit ⁊ dilectus ut summā ei cōsilioꝝ suoꝝ cōmitteret
Qui cum a cena regis domū rediret a canib⁹ dilaceratus est. Hic ut ait Boetius carentē liberis infortuniū
dicebat esse felicem.

d Jogenes phūs cinicus antistenis discipulus fuit. Qui moriens ex febre ut ait Tullius libro primo in tuscu
lanis iussit inhūatum corpus suū relinqui. Et cum amici dicerēt ꝙ a feris deuoraretur ait minime. sed iux
ta me baculum quo feras abigam ponite. Ait quidam. Quid poteris nō sentiens? Quid ergo ait feraꝝ laniat⁹
michi nō sentiēti oberunt. Ob hoc cōcludens illi nichil obesse carētiam sepulture. Claruit aūt diogenes tēporib⁹
alexādri. Hic quodam tp̄ore in usu potādi calicem ligneū hn̄s: vidit pueꝝ concaua manu bibentem. Vnde elisit
illum ad terrā dicens. Nesciebam ꝙ natura poculum hēbat. Item cum quidam lentulus uerbis plurimis debo
neestasset diogenē ⁊ illo nō respondente interrogassent quidā. Cur maledicēti nō daret respōsum? Ait nollo cō
tendere cum hōie sup re in qua qui optinet vilior reputatur. Alius similiter dehonestauit eum uerbis cōtumel
liosis nec respōdit. Et cum diceretur ei quare nō respōdes. Ait. nō possum ego illi tantā dehonestationē inferre:
quantā ip̄e sic loquēdo intulit sibi ip̄i. Alius rursum dehonestauit eum uerbis contumelie nec indignatus est?
Et cum ei diceretur. Cur nō indignaris? Respondit. hic dehonestator meus aut est veridicus aut mendax. Si ve
ridicus ꝓpter veritatem nō irascar. Si mendax deest indignationis causa ex quo nō nouerit quid dixerit. Cū qui
dam ei refferret ꝙ quidā amicus eius contra eum maledixisset. Ait. An amicus me⁹ ita dixerit dubium est. de
te aūt ꝙ ita dixeris michi malum est. Item cum quidā ei nunciasset cuncti uitupant te. oportet inquit sapientiā
ab insipientibus impugnari. Esse enim meliorē iudicat lingua mala quē carpit. Quadā vice dum p̄nte Diogene
versificator quidā multis laudibus extolleret Alexandrum p̄ntem. Assumens diogenes panē cepit comedere
Cunqꝫ diceretur quid agis ait. Vtilius est sic agere q̄ꝫ audire mēdatia. Cum quidam forme turpis diogeni do
mum ostendisset suā oībus in ea locis auro nitētibus in faciē illius spuit inquiens. Nichil adeo vile in ea domo
se vidisse. Hic cum uidisset iuuenē bonoꝝ moꝝ facie tn̄ turpi. ait aīe illius bonitas dat multū pulcritudis facici.
Idem cum vidisset quendā decora facie ⁊ moribus inhonestum. Ait o q̄ꝫ bona domus ⁊ malus hospes. Itē vi
dit quendā ydiotā sedentē sup lapidem. Et ait lapis sup lapidem. Infirmatus est q̄noqꝫ diogenes ⁊ cum eum cō
fortarēt amici dicētes. Non timeas q̄ꝛ hoc a deo est. Ait ꝓpterea magis timeo. Cum quidā letāter diceret dio
geni se de nouo vxorē duxisse. Ait illi puum solatiū ⁊ magnā solicitudinem es lucratus. Vidit diogenes senē
quendā tingētem capillos. cui ait q̄ꝛ canos ocultas nō ꝓpterea senectutē abscondis. Cum quidam garrulus so
phista diceret diogeni. Quod ego sum. tu nō es. Ego sum homo ergo tu nō es homo. Ait diogenes hoc quod
concludis falsum est. eꝝ a te incepisti. Sed si vis veꝝ id fieri a me incipe ⁊ in te conclude. Ex celebribus eius sentē
cijs repte sunt iste. Iudex bonus nemo erit nisi qui de se alteꝝ iudicare cognouerit. Qui innocentē dānat seip̄m
uulnerat. q̄m sua sentētia semp reus seip̄m pugnit cōscientia. Nulle sūt ocultiores insidie q̄ꝫ he que latēt in simu
latione officij aut in aliquo neccessitudinis nōie. Nam eū qui palam est aduersarius facile cauendo uitar potest.
Et troianos equ⁹. idcirco fefellit q̄ꝛ formā minerue mentitus est. Si bonus vis fieri a te expelle quod in alio des
picis. Mellius est medicū adire q̄ꝫ accersire. Quere igitur medelam donec sanus fueris. mellius est q̄ꝫ tūc medi
cum requirere cū naturā expugnauit egritudo. Interrogat⁹ diogenes cur tam magnā nutriret barbā? Ait ut eā
cicuis videns ⁊ tangēs virum se esse meminerit. Interrogatus que hora esset comestioni congrua? Ait habenti
quod comedat hora est congrua cum famescit. Non hn̄ti uero q̄n hēre potest. Interrogatus a quodā in quo
turbari facere posset inimicum suū? Ait. Si tu es valde bonus. Interrogatus quid est tristitia? Ait carcer aī

P Lato phūs Atheniensis tpore Darij regis psarꝝ natus est. Hic ut in policrato dicitur teste. Apuleio pri⁹ Aristoteles dictus est. Sed demū a latitudine pectoris plato hic in phedrone suo quē transtulit Cicero validissimis argumentis anime immortalitatē asseruit. Et potest omis rōtinatio in vnius silogismi cōpendium ita redigi. Anima ex se mouetur. Quod ex se mouetur principiū motus est. Quod aūt principiū motus est natū nō est. Et quod natum nō est immortale est. Anima igitur immortalis est. Mortuus est aūt plato tpore philippi regis macedemonū. Vt ait seneca in epistolis āno octoagessimo primo natalis sui die sine vlla deductione. Platonis uero elegātia quedā dicta sunt hec. Qui suā animā que vna est gubernare nō potest quomodo multorꝝ hōinum gubernator erit. Idem dicebat debere hōiem in speculo sepius suā faciē intueri. qm̄ si viderit eam decorā indigne ferat agere turpe opus. Si uero turpem cēsuerit verebitur simul duo turpia aggregare. Itē dixit escā maiorꝝ esse uoluptatem eo scilicet ꝙ eo capiūtur hōies sicut hamo pisces. Item si sapientie forma oculis videri posset ad amorē sui omēs maxime excitaret. Item nō potest cōphēdi forma iusticie nisi pri⁹ iniusticie series discuciatur. Mors phantibus appetenda est. Ipsa phia est meditatio moriēdi. Totius phie robur patientia est. Interrogatus plato quis sapientiam adipisci possit? Ait in nō expectādo que euenire no possunt nec de preteritis recordari. Interrogatus per quid cognoscitur sapiens? Ait sapiens cū uitupatur nō irascitur. Et nō extollitur cum laudatur. Interrogatus per quid hōies cognoscūtur: Ait. hōies ⁊ uasa teste a simili modo pbamus. Illa quidem in sono. os in sermone cognoscimus. Interrogatus quāto censu debeat homo esse contentus: Ait tantum acquirit quis ꝙ defectū nō hēat in eo quod ei necesse est. Et quod nō expediat ei hōibus adulari. Interrogatus quis est inter hōies fortior? Respondit. Qui ppriam potest iracundiā uincere. Interrogatus. Quis est inter homines debilior Ait. Qui suum nō potest celare secretum. Interrogatus. Quis est inter hōies potentior? Ait. Qui suā scit abscondere pauptatem. Interrogatus. Quis est inter hōies tempātior? Ait. Cui sufficit id quod habet. Interrogat⁹. Quis est homo bonorꝝ morꝝ? Ait. Qui malorꝝ morꝝ hōiem pati potest. Interrogat⁹. Qualium locorꝝ uel urbium habitatio sit vitanda? Ait nō habites terram in qua sumptus lucra exupant. Et in qua mali p̄ualent bonis. Et ubi plurimū dn̄i mētiuntur. Interrogatus in quo quis possit principum gr̄am optinere: Ait si volueris insipientis principis gr̄am optinere. ipius seq̄re voluntatem. Si uero sapientis que ad rem non ptinent uel contra rōnem sunt ostendere nō omitas.

A Ristoteles phūs eximius. Gente macedo. Patria stragoritanus. Platonis fuit discipulus. Est aūt astraguria ciuitas tracie vicina olimpo ⁊ montoni. fili⁹ aūt fuit nichomachi ⁊ festie. qui ab esculapio descenderūt. nichomachus aūt medicūs fuit aminiti regis macedonū pr̄is philippi. Hic adhuc iuuenis existens doctrinā elloquentie docuit. Factus aūt annorꝝ decem ⁊ septem mittitur athenas. Vbi hesit socrati tribus annis. Quo mortuo hesit platoni annis viginti octo. Transcendit aūt Aristoteles in phia hūanam mensuram. Ita ut cōe nomen phorꝝ antonomatice sibi pprium esse meruerit. Fuit enim facundus elloquio. sed vberior sensibus. Agilitatem corporis ⁊ pspicatiam ingenij hn̄s. Vixit annis sesaginta duobus in optimo mentis vigore. Et numero composuit ut ait laercius libros circiter trecentos. Alibi tamē legitur ꝙ in vniuerso cōposuit tractatus numero mille. Aristotelis aūt elegātia dicta sunt hec. De semetipo in neutrā ptem loq̄ndum est. Qm̄ qui se laudat vanus est. Qui se vitupat stultus est. Item nunq̄ verecundiores esse debemus q̄ cum de dijs agitur. Iniuria iiuste irrogata eius est infamia qui facit. Item dicebat. de duobus hōinum generibus uehemēter admiror scilicet de illo in quo bona nō sunt. ⁊ tn̄ si de ipo dicātur acceptat ⁊ gaudet. Et de illo de quo mala pferuntur que in eo nō sunt ⁊ idem turbatur. Item dicebat radices discipline esse amaras. Fructus uero dulces. Item trib⁹ indiget discipllna. Natura. Documēto ⁊ solicitudine. Itez dicebat ex parētibus honorabiliores esse eos qui instruūt. q̄ qui generant. qm̄ hi quidem dant viuere. illi uero bene viuere. Interrogat⁹ Aristoteles quid est quod cito senescit: respondit gaudiū. Interrogatus. Quid est spes: Respōdit iuge somniū. Interrogatus. Quid est amicus: Ait vna anima in duobus corporibus cohabitās. Interrogatus quid amicis afferre debemus? Ait ea que nobis offerre optamus. Intetrogatus quid sibi ex phia acquisisset: Ait nō coacte facere que aliqui ob timorē legis faciunt. Rephensus est Aristoteles q; iniquo homini elemosinā dederat. Qui respōdit. nature non malicie sum misertus. Cuidam iactanti se ꝙ esset de ciuitate magna. ait. Non est considerandum ex qua patria quis ortus sit: sed quali patria dignus sit.

Puleyus affer phūs platonicus athenis claruit. in greca ⁊ latina lingua doctissim⁹. Hic platoni successit. Et libros plures scripsit. Et inter alios librum scripsit quem asinū aureum intitulauit. Vbi refert sibi accidisse ꝙ accepto veneno sibi a muliere dato. humano animo pmanente uisum illi fuit ꝙ in asinum fuit mutatus. a

qua illusione postmodum est curatus. Huius he sunt sententie. Nichil est deo similius q̄ȝ vir aīo perfecte bonus. Artes alie siue scie possunt ignorari sine erubescentia. sicut ratio pingendi. psallendi. siue cantādi: quas vir bonus potest sine animi uitupatione contēnere: sed nescire bene viuere nunq̄ȝ audebis dicere sine pudore. Multa alia eius dicta vide in libris suis.

Enocrates phūs maximus. platonis discipulus fuit. Hic cuidam loquaci fertur dixisse. Audi multū: loq̄re paucua. Os eni vnum ⁊ aures duas a natura accepim⁹. Quodā illi maledicēte surgēs discessit ⁊ maledicenti ait. Vt tu lingue tue: ita ego auriū meaꝝ dn̄s sum. Idem cū esset cum quibusdā detractorib⁹ ⁊ taceret. querēte vno. cur solus taceret? Quia dixisse me inquit aliq̄n̄o penituit. tacuisse nunq̄ȝ. Hic cū vidisset quendam latronē duci ad patibnlum subrrisit dicēs ꝙ magni fures minores morte dānabant.

Emas atheniensis phūs alexādri tp̄ore claruit. Hic atheniēsibus nolentibus Alexādro diuinos honores exhibere ait. Videte. ne dum celum custoditis terrā amitatis. Huius etiā dictū illud egregiū fuit. Amico mutuā me rogāte peccuniā. ip̄m ⁊ peccuniā pdo.

Picurus Atheniensis quāuis ut ait hieronimus litteras nō didiscerit ⁊ artem disputādi teste boetio ignorauerit. tn̄ multa egregia repiuntur eius dicta. Et claruit tp̄ore cirri regis psaꝝ. De hoc similiter hieronimus reffert in hec uerba. Epicurus uoluptatis assertor quod valde mirādum est. Om̄es libros suos repleuit. oleribus ⁊ pomis: vilibusq̄ȝ cibis dicens esse vtēdum. qꝛ carnes et exquisite epule ingenti cura ⁊ solicitudine misera p̄parate maiorē penam hn̄t inquirēdo: q̄ȝ uoluptatem in abutēdo. Sapientie quoq̄ȝ opam dare nos nō posse dicebat si mense habundantiam cogitemus. que labore nimio ⁊ cura indiget. Errauit aūt in multis Epicurus plusquā om̄es phi. Nam putauit deum res hūanas nō curare. sed occiosum esse ⁊ nichil agere. Dixitq̄ȝ uoluptatem summū bonum esse. Et animas cum corporibus interire. Seneca de egregijs epicurij dictis hec scripsit. Honesta res est leta pauptas. Illa uero nō est pauptas si leta est. Si cui sua nō videtur amplissima: licet toti⁹ mūdi sit dn̄s tn̄ miser est. Aliquis vir bon⁹ eligēdus est nobis ac semp ante oculos habendus: ut sic tanq̄ȝ illo spectante viuamus. Et om̄ia tanq̄ȝ illo vidente faciamus. Si ad naturā vixeris nunq̄ȝ eris paup si ad oppinionē nūq̄ȝ eris diues. Exiguū natura desyderat: oppinio imensum. Ante circumspiciendum est cū quibus edas ⁊ bibas: q̄ȝ quid edas ⁊ bibas. Inicium salutis est noticia peccati ⁊ meditari mortē. Ira immoderata insaniā gignit. Nō comessationes. nō potationes. nō copule feminaꝝ. nō copia piscium: ⁊ alioꝝ huiusmodi: que splēdido vsui pantur Conuiui suauē uitam faciunt: sed sobria disputatio. Multe enī ex delitiaꝝ epulis molestie generātur.

Heofrastus phūs Aristotelis discipulus ⁊ successor fuit. Scripsit theotus librum de amicicia. in quo amiciciā om̄i caritati p̄fert. Et rarā in rebus hūanis contestatur esse. Hic accusasse naturaȝ dicitur. ꝙ coruis et cornicibus uitam diuturnā dedisset. Quoꝝ id nichil interest. hominib⁹ uero quoꝝ maxime interfuisset tam exiguam uitā dedit. quoꝝ si etas esse posset longior oībus ꝑfecto artibus eoꝝ uita erudiretur. Querebatur ergo tunc se cum illa videre cepisset extingui. Scripsit etiā aureolus theofrastus librum de diuicijs. Item librum de nupcijs ut ait hyeronimus cōtra iouianū in quo querit. An sit sapienti vxor ducenda. Et cum diffinisset si pulcra esset. Si bene morigerata. Si honestis parētibus nata. Si ip̄e sanus ⁊ diues sit. Sapienti inire matrimoniū aliq̄n̄o statim intulit. Hec aūt raro in nupcijs vniuersa cōcordant. Non est igitur vxor ducenda sapienti. Primo qꝛ impediuntur studia phīe. nec potest quisquā libris ⁊ vxori pariter inseruire. Multa sunt que matronaꝝ suī vsibus neccessaria. Preciose vestes. Aurū. Geme. Sumptus Ancille ⁊ supelex varia. Deīde per totas noctes garrule questiones. Illa ornatior ꝓcedit in publicum. Hec honoratur ab om̄ibus. Ego in cōuentu feminaꝝ missella despitior. Cur aspiciebas vicinā. Quid cum ancilla loq̄baris? De foro ueniens quid attulisti? Non amicū. non sodalem hēre possumus. Alterius eni amorem suū odium suspicatur. Si totam ei cōmiseris domū: seruiēdum est illi. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris fidem sibi adhiberi nō putat. Et ideo in odium uertitur. Et iurgia cōcitat. Et nisi cito cōsuleris parat uenena. Si pulcra est: facile adamatur. Si feda facile contēnitur. Dificile est aūt custodire quod pl'es amāt. Molestū est possidere quod nullus uel amare ul' hēre dignatur. minore tn̄ miseria deformis hētur q̄ȝ formosa seruetur. Nichil enī tutum est in quo totius populi uota suspirant. Preterea quid prodest diligens custodia cum vxor impudica seruari nō possit. pudica nō debeat. infida enim custos castitatis ē neccessitas. Nulla est igitur vxoris electio sed qualiscūq̄ȝ venerit est hēnda. Si iracunda. Si fatua. Si deformis. Si supba. Si fetida. quodq̄cūq̄ȝ ē post nupcias dicimus. Equus. Asinus. Bos. Canis. Et vilissima mācipia. prius ꝓbantur q̄ȝ emuntur. Sola vxor nō ōnditur: ne ante despiciatur: q̄ȝ ducatur. Hui⁹ theofrasti. he legūtur fuisse sentencie. Potius est doctum esse: q̄ȝ peccunie cōfidentem. Doctus enim solus ex om̄ibus nec in alienis pegrin⁹:

nec amissis familiaribus ꝛ neccessarijs inops est amicoꝝ: sed in omī ciuitate ciuis est. Item expedit tam amicos ꝓbatos amare q̄ʒ amatos ꝓbare. Amicicias eniʒ immortales esse oportet. Cum amicis oꝛones breues: amicicias longas esse oportet. Amicum blandum caue cuius uerbū est dulce. Semp bonus amicus grauius irascitur. Amicum ledere nec ioco quidem oportet. Pro amico occidi plus expedit q̄ʒ cū inimico uiuere.

Tolomemus philadelphus egypti Rex fuit studiosissimus ꝛ libroꝝ cupidus Demetriū bibliotece sue prefecit cū ab eo q̄sisset de numero libroꝝ viginti millia adesse respondit. Sed paulo post tp̄ore usqʒ adquinquagita millia posse ꝑuenire putabat. Hic ptholomeus canones astroꝝ composuit. Hic fecit descriptionē orbis terre. Et per astochotenē ph̄m qui adiuctus a mēsoribus ptholomei inuenit numeꝝ stadioꝝ terre in circulo terre mira subtilitate ꝛ ingenio. fuit enim in quadriuialibus valde doctissimus.

Eno stoicus ph̄s tp̄ore ptholomei floruit. Huius fuit illa sn̄ia. Sapientis est nō posse turbari. sed ut ratio eius prauis cedat affectibus. Qui hac etiā oꝛone vsus est ut ait seneca. nullum malū est gloriosum: mors est gloriosa. mors ergo malum nō est. Vnde ꝛ ipe zeno manus sibi intulit: ut post mortē uiueret felicius.

Tacius cecilius poeta socius ꝛ contēporaneus Ennij poete natione galus claruit rome. mediolani autem obijt. Huius hec fuit sentētia ut ait Agelius. Inimici pessimi sunt frōte hylari corde uero tristi. Hic duos filios habuit poetas metricos scilicet. Archimenidem ꝛ thebaydem.

Itus liuius hystoriographus ꝛ tragediaꝝ scriptor illustris. Rome claruit ante iulium cesarē nouē annis Fuit natione patauinus id est paduanus. Vbi mortuus est anno quarto impij tiberij cesaris. Vixit autē annis circiter octoaginta. Scripsit uero egregie de prelijs romanoꝝ cū anibale in libris centum.

Cipio romanoꝝ consul ab euētu uictorie affricane dictus est affricanus. q2 affricam sua ꝓbitate deuicit. De quo victoriaꝝ magnaꝝ miri ꝛ laudabiles actus leguntur in hystorijs romanoꝝ. Sed q2 ph̄s ꝛ ph̄ie auditor fuit. puta panetij quedam prudentissima eius dicta ꝛ acta comēdabilia. Hic inserenda sunt. hic optimis moribus. Adeo ornatus fuit: ut pius in matrem. liberalis in sorores. Bonus in suos ꝛ iustus in oēs fuisse legatur. Hic scipio ut ait Augustinus libro primo de ciuitate dei. pontifex magnus ꝛ iudicio totius senat᷑ uir optimus. nolebat emulā romano impio cartaginē ab ipo captam ꝛ deuictā dirimi. Et in hoc contradicebat catoni. timens quod postea euenit. scilicet ne romani cū fine terrore belli essent lasciuirēt ꝛ inter se bellarent. Dicebat Scipio nichil esse difficilius q̄ʒ amiciciā usqʒ in extremū diem vite ꝑmanere. Interdum enī dimittitur contentione luxurie uel alterius comodi. quod idem adipisci uterqʒ nō potest. Pestem quoqʒ maiorē in nullam esse in plerisqʒ acicijs q̄ʒ glorie cupiditatem. Ex qua ob certamen honoris ꝛ glorie inimicicias maximas sepe inter amicissimos extitisse videamus. Idem etiā de se dicere solebat. nunq̄ʒ se minus occiosum esse q̄ʒ cum occiosus esset. nec min᷑ solum q̄ʒ cum solus esset.

Vllius cognomento marchus ꝛ cicero romanus nobilissimus inter consules romanoꝝ iullij cesaris tp̄ore claruit qui ph̄s maximus fuit ꝛ studiosissim᷑. De quo scribitur decimo libro codicis ꝙ ros ꝛ tuba romani eloquij. Scripsit aūt tullius egregios libros sub titulis infra scriptis. De amicicia librum vnum. De senectute librum vnū. Philipicaꝝ librum vnum. Tusculanaꝝ questionum libros quinqʒ. Inuectiuaꝝ libros sex. De diuinatione libros duos. De creatione mundi librū vnum. Dialogoꝝ ad ortēsium librum vnum. De ꝑtitione oroīs librū vnum. De agricultura librū vnum. De iusticia ꝛ iure naturali librū vnum. Verremaꝝ id est gestoꝝ contra uerrem librū vnū. Inuectiuaꝝ contra salustriū librū vnum. Inuectiuaꝝ cōtra Catilinā. Et sut oꝛones quattuor De rebus militaribus librū vnum. De officijs libros tres. De oratore libros tres. De padoxis librum vnum. Rethoricoꝝ librū vnū. Orationū libros duos. De legibus libros tres. De fato libros tres. De natura deoꝝ libros tres. De republica libros sex. De achademicis librum vnum. Topicoꝝ librum vnum. De consilijs libros duos. De sinoninis librū vnum. De gloria hūana librū vnum. De laude cathonis librū vnum. De ꝑnosticationib᷑ libros duos. De consolatione librū vnum. De responsis aurispicū librū vnum. Item eplas scripsit multas Huius aūt tullij dicta elegātia q2 plura supra sunt. Breuiter aliqua sunt hec virtutis oīs laus inactione consistit. Omniū societatū nulla ꝑstantior nulla firmior q̄ʒ cū boni viri moribus similes familiaritate coniuncti sunt. Nichil enī amabilius est nec copulatius q̄ʒ moꝝ similitudo bonoꝝ. In quibus enī sunt eadem studia: eedem uolūtates: in his fit ut altero alter eque delectetur ut se ipo. Et sic vnus fiat ex pluribus neccesse est. Nichil est laudabili᷑ uel magno ꝑclaroqʒ viro dignius placabilitate ꝛ clemētia. Oīs aiaduersio ꝛ castigatio a cōtumelia vacare debet: nec ad eius qui pugnit uel castigat aliquē. sed de reipublice vtilitate defferri. Cauendum etiā est ne maior sit pena q̄ʒ culpa. Et ꝓhibenda est ira in pugniēdo maxime. Nunq̄ʒ enī irat᷑ qui ad pugniendū accedit mediocritatē

illam tenebit que inter paꝝ est ⁊ minimum. Qui igitur reipublice p̄sunt legum similes sunt q̃ ad puniendum nõ iracundia: sed equitate ducuntur. Luxuria cum omi etati turpis sit: senibus maxime fedissima est. Dominis in co modo suũ agere comodum magis est contra naturã q̃ȝ mors. Illa ꝓmissa seruãda nõ sunt q̃ his ipis inutillia sũt quibus illa ꝓmittis. Hec lex in amicicia seruetur ut nec rogemus res turpes: nec rogati faciamus. Non michi minoris cure est qualis respublica post mortẽ meã futura sit: q̃ȝ qualis hodie sit. Consiliũ veꝝ libere clare gaudeamus. Omĩa breuia tolerabilia esse debẽt etiã si magna sint. Item in libro de senectute. Tantus cibus adhibendus est: ut vires reficiãtur ⁊ nõ opprimãtur. Item in libro philipicaꝝ. posteriores cogitationes ut aiunt solent esse sapientiores. Omẽ malum nascẽs faciliter opprimitur. Inueteratũ plurimũ robustus fit toti⁹ iniustitie nulla captabilior. q̃ȝ eoꝝ qui cum maxime fallant id agunt ut boni esse videantur.

Ato marcus. porcius p̄hũs ⁊ poeta latinus claruit. Rome Virgilij tp̄ore. Hic vir tante constãtie fuit ut glorie eius nullus vnq̃ȝ laudando ꝓfuerit nec vitupando nocuerit. Hic licet gentilis hũanam tñ gloriã subegit [?] gleba. Sed ut de illo scribit Salustius quominus appetebat gloriã eo magis illum gloria seq̃batur. Hic aĩmas ꝑpetuas esse existimãs. Tandem tedio duplicis quartane se ip̄m occidit ut meliorẽ vitam inueniret. Augustin⁹ aũt in libro de ciuitate dei dicit ꝙ cato se ip̄m occidit victoriã cesaris impaciẽter ferens ⁊ ei subijci nolens. Hic docuit rempublicã uirtutibus magis q̃ȝ armis esse tuendam. Hic ut ait Augustinus libro quinto de ciuitate dei dixit. Bonum ciuitatis esse erarium opulentũ ⁊ tenues res priuatis. Item cũ quidã obseruans auguria. Catonẽ consuluisset eo ꝙ mures caligas eius corrosissent. Deridens ait nõ est mirum si mures caligas corroserunt. Sed hoc fuisset mali futuri magnũ iudicium si mures a caligis fuissent corrosi. Scripsit autẽ Cato librum de moribus ꝑtim ꝓsayco sermone partim metrico qui a pueris in scolis frequentatur. Qui multas notabiles cõtinet sñias.

Alustius p̄hũs ⁊ poeta claruit tp̄ore tulli. cuius emulus extitit. Hic scripsit de bello Catilinario librum vnum. Item de iugurtino librum vnum.

Laucus numaci⁹ cicerõis discipulus orator insignis rome claruit. Hic cum galliã comotã regeret lugdunum cõdidit. Huius illa legitur fuisse sententia. Nam superbi est minores despicere. maioribus inuidere. Ab equalibus dissentire.

Lautus poeta comicus tullij discipulus rome claruit. Fuit autẽ elloquentissimus. Huius illa stat sñia. Pecunia reꝝ ⁊ solicitudinũ causa ẽ ⁊ caput. Sibimet esse sufficientẽ. Primũ bonũ est. ius iure honorẽ tibi defferri inter miseros uiuito. In amiciciã ⁊ fidem stultũ ne recepis. Insipientium ⁊ reproboꝝ facilius sustinetur odium q̃ȝ colegium. Nemini te nimis sodalem feceris.

Irgilius inter oẽs poetas optimus. Natione mantuanus. Cremone studijs eruditus est. Deinde sumpta toga magisterij mediolanũ iuit. post breue aũt tempus romã ꝓfectus est. Hic ut ait Augustin⁹ libro primo de ciuitate dei inter ceteros poetas magnus omniũq̃ȝ p̄clarissimus ⁊ optimus. more tñ poetaꝝ mẽtitus est. Hic ideo Virgilius est vocatus quasi a virga. q2 mater eius somniauit se pariturã virgã quãdam que usq̃ȝ ad celum ptingeret. Quod nichil aliud fuit nisi q2 erat paritura virgiliũ qui loquẽdo de altis celũ tangeret. Hic ut ait Vgo p̄hia naturali predictus ⁊ nigromãticus fuit ⁊ mira quedã arte illa fecisse narratur. In porta neapolis cãpanie dicitur fecisse muscã eneam que oẽs muscas ab vrbe expellebat. Item in eadem urbe macellum sic construxisse fertur: ut nulla ibi caro putresceret. Item eadem urbs cum letali peste sanguisugaꝝ uexaretur liberata ẽ ab eo cũ sanguisuga aurea ꝓiecta in puteũ. De eo eñi narrat Alexander nequã. ꝙ ipe ortum suum aere immobili vicem muri optinentis muniuit ⁊ ambiuit. Et pontẽ aereũ construxit cuius beneficio ad loca destinata pro arbitrio uoluntatis sue adire cõsueuit. Campanille quodam sic dicitur construxisse ut turris ipa lapidea eodem modo moueretur quo campane dum pulsabatur. Ortum quẽdam sic dicitur fecisse ut in eo nõ plueret. De virgilio etiã legitur. ꝙ quedã dñia traxit eum usq̃ȝ ad medium turris cuiusdã. et ibi fecit eum stare ut oẽs de ciuitate cõspicerent eum. Qui postea depositus arte sua fecit ut nõ nisi in natura sua ignis inueniri ⁊ incendi possit. Ipse virgilius in vita sua tres libros inter alios composuit. Vnum in quo docuit artem pascendi pecora qui uocatur bucolica. Alium in quo artem colendi agros. qui uocatur georgica. Et tercium in quo docuit artem bellãdi qui uocatur eneida. Mortuus est brundusij quinquagessimo primo etatis se anno. Ossa uero eius translata sũt neapolim. Cum virgilio ab impitis obijceretur ꝙ alienos uersus suo opi inserebat. Respondit magnoꝝ uiroꝝ ẽ clauam extorquere de manu herculis. Claruit aũt tp̄ore pompei.

Vllius celsus hystoriographus scripsit diligẽter librum de bello cesaris. in quo multa doctrinalia ⁊ moralia continentur.

t Erentius publius poeta cartaginensis Rome claruit tp̄ore octauiani augusti. Scripsit aūt comediaꝝ librū elegātem in quo mores multoꝝ ad precauenda p̄icula annotauit.

Arro marcus. Rome claruit octauiani imp̄atoris tp̄ore. Qui nonaginta uixit annis. Vir doctissimus acuti ingenij ⁊ in om̄i seculari eruditione p̄itus. Hic apud latinos innumerabiles libros scripsit. Cuius quidem Varronis sententie sunt he. Contra om̄es sape dissipe est. Ficte referas g̃ras inuicte danti. Vi datum ne reputes beneficium sed predā. Semel dedit qui rogatus. Bis qui nō. Extorq̄re est plusquā semel rogare. Pulcherrimū est data cum feruore reddere. Ex animo dātis censetur munus magnū. Amici diuitum palee sunt esse grana. Vis expiri amicum: calamitosus fias. Non reffert quis: sed quid dicat. Non tan laudabile est meminisse. q̃ȝ inuenisse. Hoc alienū est. illud ꝓprij muneris est. Excelentissimū est docēdi gen⁹ exemploꝝ subditio Eo tm̄ studia intermitātur ne ōmitantur. Nescire quid est pauptas: optimus est ad summas diuicias ꝓgressus. Non ē miser nisi qui se esse credit. Nulla iactura grauior est scienti q̃ȝ tp̄oris. Multi laudē amittūt: quā ipsi eam de se p̄dicant.

Ratius flaccus poeta illustris rome claruit tp̄oribus cesaris augusti. Hic scripsit librū sermonū ⁊ ep̄laꝝ Et carminū. librum odaꝝ. Item poetriā ⁊ de remedijs. Mortu⁹ est rome anno etatis sue. 57. Huius he sūt sententie. Om̄e tulit punctū qui miscuit vtile dulci. Hoc placuit semel decies repetita placebūt. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Nemo adeo ferus est ꝙ nō mitescere possit. Dimidiū facti qui bene cepit habet. Est modus in rebus sunt certi deniq̄ȝ fines. Quos vltra citraq̄ȝ nequit consistere rectum.

Jstus pictagoricus ph̄us. Qui claruit tp̄ore octauiani imp̄atoris. scripsit librū sn̄iaꝝ moraliū quē rufinus presbiter de greco trāstulit in latinū. De quo libro beatus Augustinus mentionē facit in. 2°. retractationum. De hoc infra scripta notabilia exerpta sunt. Etiā in minimis caute age. Opta tibi euenire nō quod uis: sed quod expedit. Jn om̄i eo quod bene agis actorē esse deputa deū. Intollerabilis fit malicia cū laudatur. Mellius est lapidem frustra iacere q̃ȝ uerbum. Tunc loq̄re q̄n̄o tacere nō expedit. Mellius est vinci a uero dicente q̃ȝ vincere mentientē. Cum p̄es hōibus memēto q̄ȝ tibi p̄est deus. Et iudicās hōines scito q̄ȝ ⁊ ip̄e iudicaberis a deo. Maius p̄iculum est iudicātis: q̃ȝ eius qui iudicatur. Age magna nō magna polliceris. Tunc eris sapiens cū te nō putaueris sapientem. Multitudinē fidelium nō inuenies. Raꝝ eni est om̄e quod bonū est. Excruciēt te liberi male viuentes magisq̄ȝ morientes. Viuere quidem nō est in nobis. Recte aūt uiuere in nobis est. Si vis cū leticia animi viuere noli multa agere. Jn multis eni actionib⁹ minor eris. Magnā scito sapientiā. per quā ferre potes ineruditoꝝ insipientiā. Sicut in bonis actibus laudari vis. ita in delictis patienter accipe si culparis. Corpus tuū anime putato esse uestimētum. mundi igitur serua illud. Animā mors nō p̄dit: sed vita mala. Aures tuas non om̄ibus cōmittas. Sapiens sequitur deum. Et deus sequitur animā sapientis.

o Vidius naso poeta floruit tp̄ore tiberij cesaris. Et mortu⁹ est in exilio. Hic scripsit libros poeticos metricos. Idem Ouidius qui fuit ante Chrystum ⁊ cum xp̄o. In libro de mutatione vite sue. qui intitulatur de uetula libro tercio inquit trinitatē ⁊ incarnationē ⁊ multa preclara secreta fidei nostre.

v Alerius maximus octauiani augusti tp̄ore claruit. Hic librum edidit de factis ⁊ dictis antiquoꝝ moralibus qui apud gentiles romanos ⁊ grecos hēbantur famosi ⁊ illustres. Addens ex ꝓprijs quedā ad uirtutum comēdationem ⁊ vicioꝝ detestationē p̄tinentia luculento sermone. Ex quibus hoc elegās dictum hic inseritur. Nulla tan modesta felicitas est. que malignitatis dentes vitare possit.

s Eneca cordubensis ph̄us vir doctissimus Catonis stoici discipulus. Lucani poete patruus. Rome claruit. Et neronis imp̄atoris dum iunior esset preceptor fuit. Hui⁹ tp̄ore gloriosi apostoli petrus ⁊ paulus rome predicabāt. Cum aūt seneca ⁊ multi de domo cesaris ad paulū confluerēt. fuit seneca beato paulo adeo familiaris. videns in eo diuinā sapientiā ⁊ scientiā: ut se ab eius colloquio uix temp̄are posset. Et q̄n̄o eum ore ad os alloqui nō valebat. frequētibus datis ⁊ acceptis epistolis eius colloquio amicabili ac consilio fruebatur. Scripta quoq̄ȝ pauli coram cesare legit. Et in cunctis eum admirabilem reddidit. Senatus autē de paulo alta sentiebat. Hic seneca de admirāda tenacitate sue memorie ita scribit in primo libro declamationū. Memoriā in me floruisse aliq̄n̄o ut nō tm̄ ad vsum sufficeret: sed in miraculum vsq̄ȝ ꝓcederet non nego. Nam ⁊ duo millia nominū recitata quo erāt ordine dicta reddebam. Et ab ip̄is qui ad audiendum preceptorem nr̄m cōuenerant singulos uersus a singulis dictos plures q̃ȝ ducentos ab vltimo incipiens usq̄ȝ ad primū recitabam. Nec ad complēdum tm̄ que uellem uelox michi erat memoria: sed ad continēda que acce p̄at. Hic seneca continētissime vite fuit. quem beatus hyeronimus annumerat sanctoꝝ catalogo illis epistolis ꝓuocatus: que legūtur pauli ad eum. Et ipsius ad paulum. Hic seneca plures scripsit libros elegātes. Et maxime decem tragediaꝝ librum. Hūc senecam cum

quadaꝫ die respiceret nero. Et uerbera que sibi in pueritia intulerat ad memoriā reduceret ac infremuisset p̄cepit ei ut quod uellet mortis genus eligeret. Ipse quasi suaue genus mortis arbitrans in balneo mori in cisiōe vene vtriusqꝫ brachij elegit. Vnde ⁊ quodā presagiū recte uocatū est nomē eius seneca. id est se necans.

Vintilianus calagurritanus poeta qui tp̄ore galbe imp̄atoris claruit ab hispania romā venit. Et publicā ibi scolā tenuit. Hic scripsit libros de oratoria institutione octo. Ex quibus hec exerpta sunt moralia. Vtinam liberoꝝ nr̄oꝝ mores nō ipsi pderemus. infantiā statī delicijs soluimus. Mollis educatio quā indulgentiam vocamus neruos mentis ⁊ corporis frāgit. Consuetudo est certissima loquēdi magistra. Vtendumqꝫ plane sermone est ut nūmo. cui publica forma est. Vsitatis enī tutius vtimur. Non extimādum est cui⁹ quisqꝫ etatis sit: sed quantū in studio iam ꝓfecerit: Carendum nō solum uicio turpitudinis: sed etiā suspitione. Ingenia pueroꝝ nimia eruditionis seueritate defficiūt. Nam ⁊ desꝑant ⁊ dolent ⁊ nouissime oderunt quod maxime nocet. dum oīa timēt nichil conantur. Ne temptes quod effici non possit. Princeps qui uult oīa scire: neccesse hēt multa ignoscere. Tan dest auaro quod hēt q̄ꝫ quod nō hēt. Afflāte fortuna pene oīa decēt. Pulcherrimi opis studio uacare mens nō nisi oībus uicijs libera potest. Mellius certe ꝑsuadebit alijs: qui prius ꝑsuasit sibi. Viciosa iactatio fert audientib⁹ nō solum fastidium: sed pleꝝqꝫ odium. Prodit se quelibet custodita simulatio. Nec unq̄ꝫ tanta est loquendi uoluntas que nō titubet ⁊ hereat. i. hesitet quotiēs ab aīo uerba dissentiunt. Non hēt cām loquendi. cui nō potest credi. ablata ē ab eo oīum uerboꝝ fides ⁊ oīs sermonis auctoritas. Totius hōis libertas ē oculos prodidisse. Oculi sunt per quos pauptates ferre nō possumus. Oculi tota nr̄a luxuria sūt. Hi nos in oīa quottidie uicia p̄cipitāt. mitātur. adamant. concupiscunt.

Lutarcus phūs institutor traiani imp̄atoris ut dr̄ in policrato libro quinto. fidelis. in sentencijs. in uerbis luculētus. Et in sacrario moꝝ tantus arbiter fuit: ut facile traiani imp̄atoris possit agnosci p̄ceptor. Hic ī principibus quattuor debere vigere dixit. scilicet reuerentiā dei atqꝫ ipsius cultum. sui disciplinā. officialium potestatē. affectum ⁊ ꝓtectionem subditoꝝ.

Linius secundus veronensis orator ⁊ historiographus insignis. claruit tempore traiani imp̄atoris. Huius plurima stant opa multi ingenij. Scripsit enī bella oīa que unquā cum romanis gesta sūt. Que in. 38. uoluminibus comp̄hendit. Item scripsit naturalis historie libros. 37. quos imp̄atori uespasiano direxit. Fuit autē plinius in sequestri millicia industrius. Cui⁹ hec legitur fuisse snīa. Animi magnitudo nichil ad ostentationē oīa uero ad conscientiā reffert rectiqꝫ facti. mercedem nō ex populi sermone: sed ex facto petit. Idem dicit ꝙ homo existens in puteo ꝓfundo stellas videbit in die sicut in nocte.

Tholomeus phūs fendensis tp̄ore adriani imp̄atoris claruit. in geometria ⁊ astrologia p̄clarissimus fuit Ipse enī plus in astrologia addidit q̄ꝫ esset totum. quod ante se scriptum inuenit. Hic composuit libros multos maxime librum de ꝑspectiua. nō fuit vnus ex regibus egypti qui ptholomei uocati sunt. sed hītauit in Alexandria ⁊ in Rhodo. Vixit aūt ānis. 88. Prouerbia eius moralia sunt hec. Insipiēs est qui sui ipsius quātitatem ignorat. In bonis que nobis a deo conferūtur bonitatem largitoris considera. In malis aūt purgationis aut remunerationis bonitatem attende. Quātomagis fini appropinquaueris: tantum bonū cum augento opare. Paup non est qui suo intellectui dn̄atur. Qui inter sapientes humilior ē: sapiētior existit. Non disseras nisi cū eo qui veritatem cōcedit. neqꝫ respondeas nisi a te querēti consilium ⁊ cupide recipienti. Tuum consilium non cōmittas ei qui secretum ꝓprium non celauit. Qui in dignitate sua nō extollitur: paꝝ in eius amissione turbatur. Qui in mendatio confidit: cito deficiet.

Ecundus phūs athenis claruit tp̄ore Adriani imptoris. Qui philosophatus est oīmi tp̄ore. Silencium seruans. Causa autē taciturnitatis sue. hec fuit. Nam cum adhuc paruulus esset missus est a progenitorib⁹ ad discendum ⁊ cum in scolis esset mortuus est pater eius. audiuit in scolis aliq̄ n̄o. ꝙ oīs mulier fornicatrix sit ⁊ impudica. Vnde post multos annos in phīa ꝓfectus in patriā remeauit. cōmunem gerens pegrinandi cōsuetudinem. baculum ⁊ peram circunferens. Coma capitis ⁊ barba ꝓlixa. Hospitatus est aūt in domo ꝓpria nemine domesticoꝝ ipm agnoscente: nec etiā ꝓpria matre. uolens ergo probare si forte veꝝ esset quod de mulieribus audierat. Cuidam ancille decem ꝓmisit aureos: si matri ꝑsuadere posset. at mater consentiens. Vespere illum ad se introduci fecit. Ille uelud propriā matrē amplentens inter illius vbera obdormuit. Mane ut egredi velens illa apprehendens eum ait. Vt quid me temptasti! Qui dixit nequaq̄ꝫ mi dn̄a mater. Nec enī dignum est illud me vas maculare vnde exiui. Illa sciscitante quisnā esset! Respondit. Ego sum secundus filius tuus. Illa uero q̄ꝫ primū examinata est. Vnde sciens secundus ꝙ ꝓpter loquellam suā mors matri contigisset: hanca se in posteꝝ

exhigit penam. Ne amplius loqueretur. Et sic usq₃ ad mortem taciturnitatem seruauit. At que adeo seruauit ut adrianus impator sub pena etiā capitis quā sibi secundus īminere uidit illum ad loq̄ndum constrigere nequiuit. Tunc adrianus admirās phī constatiam. Sumensq₃ tabulam dixit illi. Scribe. ⁊ saltem manu tua loq̄re ⁊ ad quedam poblemata michi responde. Quoꝝ primū erit. quid est deus? Ille scriptis respondit suis. Deus est immortalis mens. Incontemplabilis celsitudo. Forma multiformis. Multiplex spūs. Incogitabilis inquisitio. Insopitus oculus. Oīa continens. Lux. Bonū. Quid ē celum? Spera uolubilis. Tectum īmensum. Quid est sol? Oculus diei. noctis concreatio. celi ⁊ nature pulchritudo. Caloris circuitus. Splendor sine ocasu. Indeficiensq₃ flāma. Celestis viator. Horaꝝ distributor. Quid est luna? Celi purpura. Solis emula. malefactoꝝ inimica. Solamen itinerātium. directio nauigantium. Signū solemnitatū. recirculatio mēsium. Oculus noctis. largiflua roris presaga tempestatū. Quid ē homo? Mens incarnata. laboriosa anima. pui tporis hitaculum. spūs receptaclm. fantasma tporis. Speculator vite. lucis desertio. uite consumptio. eternus motus. transiens viator. loci hospes mancipium mortis. Quid est mulier? Hoīs confusio. insaciabilis bestia. continua solicitudo. indesinens pugna. quottidianū dannū. solitudinis impedimētum. viri incontinētis naufragium. adulterij uas. perniciosum prelium animal pessimū. pondus grauissimū aspis insaciabilis. hūanum mancipiū. Quid ē amicicia? Equalitas animoꝝ Quid est fides? Incognite rei admirabilis certitudo. Quid est vita? Beatoꝝ leticia. miseroꝝ mestitia. expectatio mortis. Quid est mors. Eternus somnus. dissolutio corpoꝝ. diuitum pauor. paupum desyderiū. ineuitabilis euentus. incerta pegrinatio hoīs. somni pater. fuga vite.. viuoꝝ discessio. resolutio oīum. Quid ē senectus. Optatū malum. mors viuentiū. veneris expers. mortis meta. incolumis langor. Quid est spes. Refrigeriu₃ laboris. dubius euentus. Quid ē nauis. Marina opatio. dom⁹ sine fundamēto. auis lignea. salus īcerta. Quid est littera. Custos historie. conseuator memorie. Quid sunt diuicie. Auari pondus curaꝝ minister. delectatio verēda insanabilis inuidia. desyderiū inexplebile. res desyderata. os excelsum. inuisa concupiscentia. Quid est pauptas Odibile bonū. sanitatis mater. curaꝝ remotio. sapientie reptrix. negocium sine dāno. possessio sine calūnia. indetractabilis substātia. incerta fortuna. sine solicitudine felicitas.

Alienus īsignis medicus. toto orbe celebris. Natus apud pgamu₃ asie. hic ypocratis interpres fuit ⁊ claruit athenis alexandrie ⁊ rome tpore antonij pij impatoris. In quibus locis plurimū in phia ⁊ sciētia medicine ꝓfecit. Vixit annis octoaginta septem. in quibus conscriptioni libroꝝ medicinalium insudauit. Huius he legūtur esse sentēcie. Scientia insensato nō prodest. nec ei qui nō vtitur ꝓdest sensus. Potens ē homo suos dirigere cum agnouerit se ipm. Nam excellentis est sapientie hoīem sui ipius hēre noticiam ne ex dilectione quā hēt in se ipo fallatur. ⁊ bonū reputet se cum nō sit. Olim consueuerūt hēri medici precipiētium loco ⁊ vice subiectorum infirmi. eoꝝ nō preuaricando mandata. ⁊ ex hoc consequebātur suū medicine ꝓfectum. Nunc uero infirm⁹ precepit. ⁊ medicus uelud subiectus applaudit. ⁊ infirmoꝝ obletamētis assentiens. curare nō nititur imo blādiendo nocere.


Rogus pompeius atheniensis hystoriographus. natione hyspanus. claruit tpore antonij pij impatoris. Hic totius orbis hystorias a tpore nini regis asirioꝝ usq₃ ad monarchia₃ cesaris latino sermone cōposuit per libros. 44. quoꝝ abreuiationem iustinus eius discipulus fecit.

Orphirius phūs atheniensis claruit tpore gordiani impatoris. Hic ꝓfitetur se inuestigasse multa phōꝝ scripta ⁊ multas sectas ipoꝝ de anima. ⁊ dicit se nō inuenisse aliquā vniuersalem viam anime liberade. i. per quā ꝓbaretur aīa īmortalis. Hic etiā ut ait aug⁹. in li. 4. de ciuitate dei phūs antiquus posuit deu₃ patrē ⁊ filium ab eo genitū ⁊c. In quo videtur sensisse trinitatis misterium.

Laudianus poeta claruit rome tpore theodosij senioris. Hic scripsit libros duos metricos. s. claudianu₃ maiorem ⁊ minorem. in quibus multa ꝓuerbia ⁊ vtilia continentur.

ymacus patricius claruit rome tpore Anastasij impatoris. Et sua prudētia rēpublicā illustrauit. Hic scripsit librum eplaꝝ. de quo paucua hic subiecta sunt notabilia. Oīs obstētatio nō caret suspitione mendacij. q₂ quicquid assumitur: ꝓprium non putatur. Semp natura gaudet equalibus. ⁊ familiare sibi est oīe quod simile ē. Natura reꝝ ē. ut qui balbutiūt plus loquātur. affectāt enī copiam sermonis pudore defectus. pro optimis viris quisquis interuenit. Non magis videtur illoꝝ iuuare comodum q₃ suū comēdare iudicium. Minus ē alienā sniam spnere q₃ a ꝓpria discrepare. Illa uestis decēter induitur q̄ nec puluerē trahit. nec in humū demissa calcatur. inre apta piget esse ꝓlixum. in arduis aūt rebus multū valet longior diligētia. Oīs affectio īpatiens est etiā iuste ⁊ legitime tarditatis. patriā defectu alimentoꝝ laborantē pniciosum est hītare. Crudele ⁊ impiu₃ deserere. Et hec de vita ⁊ moribus phōrum ex laercio satis sint dicta.





FASCICULUS
TEMPORUM
ET GREGORII
VITAE
14


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm